

dicta domo quaslibet exactiones exegerit, gravem se b. virginis ultionem noverit incursum.

Original mit Siegel im Staats-Archiv zu Magdeburg s. R. Stift Quedlinburg C, II, 12.

Gedruckt bei Erath 165 f.

5

**28.** *Hoyer, Graf von Falkenstein, bekennt, dass, als Graf Sigfried von Blankenburg von ihm die Vogtei innerhalb und ausserhalb Quedlinburgs erwarb, die in voriger Urkunde bezeichnete Schiffmühle nicht inbegriffen sei.*

123\*.

Hoyerus dei gratia comes de Valkenstein universis Christi fidelibus <sup>10</sup> hanc paginam inspecturis in vero salutari salutem. Notum esse volvamus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod, cum comes Sifridus de Blankenborg secundum arbitrium suum et nostrum advocatiā in Quedel. infra et extra muros civitatis et singulos mansos et bona, quorum jus advocatitium ad nos specialiter pertinebat, conscribi diligentius fecissemus, de molendino, quod dicitur ad naves, nullam prorsus fecimus mentionem. Quampluribus enim constat, quod ecclesie b. Marie virginis ibidem in monte in principio fundationis sue per ipsum molendinum privilegiata fuit liberaliter et dotata. Quapropter omnes, qui a predicto domo servicia vel exactiones indebitas extorse-<sup>15</sup> runt, gravem dei vindictam et b. virginis debitam ultionem se noverint <sup>20</sup> incursuos.

Original mit Siegel im Staats-Archiv zu Magdeburg s. R. Stift Quedlinburg C, II, 13.

Gedruckt bei Erath 166.

25

**29.** *Gertrud, Aebtissin von Quedlinburg, consentirt in die Schenkung des Ritters Hermann von Marsleben von 4 Hufen in Gross-Orden, die er von ihr zu Lehen hat, nebst einem Hofe daselbst an das Aussätzigenhaus bei und das Siechenhaus in Quedlinburg. 1239.*

Gertrudis dei gratia abatissa in<sup>1</sup> Quedelgebure totusque ejusdem <sup>30</sup> ecclesie conventus omnibus presentem paginam inspecturis vitam bonam et exitum beatum. Quoniam, ut egregius predictor et magister gentium Paulus apostolus ait<sup>2</sup>, que seminaverit homo, hec et metet: beatos illos dicimus, qui ea seminant opera in presenti, de quibus se sperant fructum recipere temporaneum in futuro. Quid enim affert secum <sup>35</sup> homo moriens de universo labore suo, quo laboravit sub sole, ni hoc solum quod elemosinis et aliis bonis operibus promeruit in hac vita, secundum quod in ecclesiastico scriptum reperimus elemosina viri, quasi sacculus cum ipso et gratiam hominis, quasi pupillam conser-

1) in fehlt B. — 2) Gal. 6, 8.